



Universitätsbibliothek Paderborn

Acta Pacis Westphalicæ Publica

Oder Westphälische Friedens-Handlungen und Geschichte

Worinnen enthalten, was vom Anfang des Jahrs 1647. biß gegen Ende desselben zwischen Jhro Römisch-Kayserlichen Majestät, dann den Beyden Cronen Franckreich und Schweden, ingleichen des Heiligen Römischen Reichs Chur-Fürsten, Fürsten und Ständen, zu Oßnabrück und Münster gehandelt worden

Meiern, Johann Gottfried von

Hannover, 1735

VD18 90566467

N.I. Der Kayserlichen Endliche Erklärung dießfalls.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52129](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52129)

1647.
Januar.

N. I.

1647.
Januar.*Extrema Resolutio Dominorum Cesareanorum, de Equivalente Domini
Electoris Brandenburgici.*

Cum Dominus Elector Brandenburgicus ad requisitionem sibi nomine Sacrae Caesareae Majestatis factam, magisque promovendam pacem universalem, consensum suum praestiterit, ut Regina & Corona Sueciae in partem suae praetensa satisfactionis, Citeriorem Pomeraniam una cum Sterino, Gartz & Insula Wollino, & nonnullis aliis partibus alias ad Pomeraniam Posteriolem spectantibus, retineant, juribusque suis renunciaverit, conventum est, ut pro equivalente recompensatione eidem Electori, pro se suisque haeredibus masculis, statim ac Pax cum utraque Corona & Statibus Imperii composita & confirmata fuerit, tradi debeat *Episcopatus Halberstadensis*, cum omnibus juribus in perpetuum, donec controversiae Religionis in Imperio christiana & amicabilem conventionem componantur, ea tamen conditione, ut omnia tam in Ecclesiasticis quam in Politicis & feudalibus, in tali dispositione relinquat & conservet, quemadmodum ab Antecessore ejus, Serenissimo Domino Archi-Duce Leopoldo Wilhelmo ordinata fuerant.

1) Inprimis vero teneatur *Comitem à Tättenbach* in possessione *Comitatus Reinslein* conservare, eidemque investituram à Sua Serenitate concessam renovare, sicut pariter *Comitibus à Schwarzburg & Stollberg*, Jura sua ad *Comitatum Honstein* salva sint; Itemque teneatur exsolvere Colonello Petro Jacobo 1541. *Reichshaler*, quam ipse pecuniam dicto Domino Archi-Duci mutuo dederat, ejusque solutio ipsi dudum ex redditibus *Episcopatus Halberstadensis* assignata, sed postmodum ob hostilem invasionem impedita fuerat.

2) Similiter sit Domino Electori concessa *Expectantia in Archi-Episcopatum Magdeburgensem*, ita quidem, ut quodcumque eundem morte aut cessione praesentis Administratoris, vacare contigerit, totus Archi-Episcopatus, demptis tamen 4. ejus dynastiis, *Quersfurt, Gueterbock, Dama & Borch*, virtute Pacis Pragensis Electori Saxoniae cassis, dicto Electori Brandenburgico, ejusque posteris & successoribus haeredibus masculis, non obstante ullà electione aut postulatione, interea temporis, sive clam sive palam facta, tradatur & cedatur in perpetuum, ut supra, itidem reservato statu Ecclesiastico, sitque jus Electori, autoritate propria vacantem apprehendere possessionem.

3) Eidem tradatur in perpetuum *Episcopatus Caminensis*, pari reservatione Status Ecclesiastici. In omnibus his praecedentibus Episcopatibus, quod statum Religionis concernit, invitis eorundem Ordinibus, Vasallis & Subditis nihil debet immutari, sed Augustanae Confessionis exercitium, quale nunc ibi viget, tum & quae adhuc in uno vel altero Episcopatu beneficia Ecclesiastica cujuscunque generis à Catholicis retinentur, iisdem conservari juxta dispositionem compositionis Gravaminum in praesenti Congressu initae. Actum Osnabrugae d. i. Febr. 1647.

§. XVI.

Vorstellung
von dem Erz-
Bischoff zu
Magdeburg,
dann Braun-
schweig-Lüne-
burg, wegen

Sobald aber die Evangelischen Fürstlichen Gesandten, von solcher, der Kaiserlichen Gesandten, geschehenen Declaration und Oblation der besagten Vierdter Theil.

Erz- und Stiffter an Chur-Brandenburg, Nachricht und vertraute Communication erlangten, ohngeachtet alles sehr geheim vor ihnen tractirt wurde, so gar, das

des Equiva-
lents vor
kommen.